



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

29. Dies Maii. Fiunt instrumenta pœnarum, quæ fuerunt oblectamenta
culparum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

entum. Ha-
 Dei signa-
 ratione ab-
 subito ip-
 ut si, De-
 ret, ejus fa-
 , & solus
 è corpore
 multi tamen
 concreta
 osculanti
 tremant
 at, bonu
 explicab
 o uno hor
 ludibrium
 oma daem
 rerum un
 tot vultu
 onli? Fec
 sufficien
 tot sordid
 illam Spor
 ti adjung
 delictet
 is altitud
 stas est pa
 o se inqu
 ri, abjud
 ca

cari lumen rationis, pollui conscientiam, templum
 Dei, obscurare mentem, servitutem iniri dæmonis,
 expelli beatos Angelos, Dei providentia, & amore
 spoliari, debilitari animum ad virtutum, & bono-
 rum operum studium, prono cursu ferri præcipitem
 in omnem calamitatem. Peccatum esse non tan-
 tum turpe, sed ipsam turpitudinem, credo te jam
 credere. Quid igitur, qui non potes pati labem in
 fronte, maculam in veste, pateris tot fordes in men-
 te! Minima macula animæ, reddit animam quasi
 stabulum Augiæ. Cur igitur non attollis animam
 ad Deum, oculos ad cælum, & suspiranti corde, lac
 singultienti voce, quoties sonat hora, exclamas cum
 S. Augustino? *Quare non hac hora finis turpitudinis
 meæ?* Si ita turpem mors te occupat, nullus erit finis
 pœnæ meæ, cur non ergo jam finis est turpitudinis
 tuæ. Forsan hæc novissima hora est, fors hac hora
 sistar tribunali mei Judicis, quare non hac hora si-
 star tribunali mei Judicis, quare non hac hora meæ
 turpitudinis? Noli ergo inire fœdus cum fœdissimo
 peccato. Quia

Est animus fœdus, pangens cum crimine fœdus.

29. DIES MAII.

Fiunt instrumenta pœnarum, quæ fuerunt
 oblectamenta culparum. *Laurent. Ju-
 stin. de P. c. 4.*

Peccato-
ris mise-
ria.

I.

P

Ecceatum non tantum animam
peccantis contaminat, sed pec-
catorem excruciat. Ubi cumque

enim est culpa, illic est comes poena. Ipsa
peccati oblectamentum, est quo puniaris, Divina
Justitiae instrumentum. Quantum horres, si
culis tuis exhiberetur tristis illa crudelitatis pompa,
quam justitia etiam humana solet in reos animadvertere.
Videlicet si videres vincula, forcipes, candentes cre-
tulas, catastas, cruces, rotas, equuleos, gladios,
mucrones, secures, clavos, lampades, sulphur, picen-
tiquat, plumbum, leonum fauces, bestiarum re-
gulas, & intelligeres omnes cruciatus, qui hisce in-
strumentis inferri solent, te subiturum. Essetne pe-
lus in capite, qui non praeter horrore erigeretur, essetne
membrum in corpore, quod non tremere? essetne
artubus unus qui non trepidaret? Quid malum de-
vius reformidas, & gravius exoptas? Nullus unquam
Nero, vel Decius, vel Diocletianus, exertis etiam
omnibus crudelitatis viribus, ita saevit in alienum
corpus, quam tu in propriam animam. Peccatum
ibi est omnis poenae instrumentum. Expende quae
quantur, & attende, an non in te sis tyrannus, ac tu
carnifex?

II. An non haec est ultima in se crudelitas? Pec-
cator omnes ad se divinae misericordiae vias oblepi-
aditusque intercludit. Imo qui scelus aliquod inle-
concepit, tacite secum dicit, se Dei amicitiam nolle
vilipendere ejus favorem, nihil facere ejus gratiam
velle se perpetuo in illo caeno, in quod se injicit
volitari, optare se ejus odium, cupere se ejus justitiam

Majus

Majus

tiam ir-

praeipi-

geli aux-

mergere-

nam ali-

Quidna-

tem ed c-

runt, su-

conentu-

affulgea-

cum auc-

inferos c-

dicem D-

quem in-

Quis cr-

qui vol-

tius circu-

tum illu-

vir, celo-

III.

finita h-

peccato-

Deiben-

altissim-

qui inde-

nus infl-

tur? C-

propter

Utrum

an medi-

promisi-

Vel, ut

tiam irritare. Simul sponte sua in illud se barathrum precipitem agit, unde neque suis viribus, neque Angelis auxilio, neque cujusquam alterius ope possit emergere: Itaque cum scelus aliquod consciscit, quidnam aliud videtur dicere, nisi, Deum inimicum volo? Quidnam aliud fateri videtur, nisi: Ipse me precipitem eò conjicio, unde, licet omnes homines, qui fuerunt, sunt, erunt: itemque omnes Angeli, licet omnes contentur omnia, nisi aliquod divini auxilii lumen affulgeat, nulla vi possunt extrahere? Et miramur, cum audimus, damnatorum supplicia æterna, apud inferos esse? Quis audeat nimiam in se severitatis judicem Deum arguere, cujus in se iram concitaverit? quem inimicum, quàm amicum habere maluerit? Quis cruciatuum æternitatem deprecari sustineat, qui voluptates suas sordibus, nullis temporum spatiis circumscribi, sed æternas esse cupieris? Qui luttum illud, cui perpetuò inhærere tanto perè adamavit, celo, Deoque ante posuerit?

III. At Christi mortis beneficium, inquires, infinitæ hominum malitiæ occurrit, quod beneficium peccatorem quempiam nactum, è luto erigit, & in Dei benevolentiam attrahit. Itanè verò? Ideò te in altissimam aliquam fossam injiciis, quia sit aliquis qui inde te possit eripere? Ideò lethale tibi ipse vulnus infligas, quia sit aliquis, qui vulneribus medeat? Quidnam est hoc? Utrùm pericula nata sunt propter auxilia, an periculis auxilia successerunt? Utrùm vulnus propter medicinam excogitatum est, an medicina propter vulnus inventa? Deinde, quis promisit istud auxilium tibi semper fore paratum? Vel, ut tibi concedam, præstò illud esse omnibus,

eo uti volentibus, unde scis te illo usurum? quot fuerit, quid divinis auxiliis, cum se illis ultrò offerret, repudiatis, à consuetudine peccandi non recesserunt, & ita perierunt? Quàm penè innumerabiles, ab hoc eodem auxilio, sua ipsorum culpa deserti, ex hac vita migrarunt? Quapropter, qui se excitari ad penitentiam sentit, det manus, ut se sublevantem sequatur, neque divini auxilii, quod temerè, nunquam sibi de futurum esse, promittit, fiducià, peccandi audaciam in se corroborari patiatur. Sequere igitur Poëtæ consilium, si tibi velis consultum:

Erige te è ceno, totumque te insere calo.

30. DIES MAII.

Qui à malis actibus tantum morte discedit, non relinquit scelera, sed relinquitur à sceleribus. *Salvianus ad Ecclesiasticum lib. I.*

Maturè resipiscendum à peccatis. ne illa potiùs nos, quàm nos illa relinquamus.

I. **H** Actenus horribilissimè foedissimi illius mortis, ex orco emissi, in te admissi peccati, inquam, neamenta proposui. Unum nunc te rogo, imò flagito te, priùs peccatum desere, antequam illud te relinq; scelera, antequam ab illis relinquaris tibi priùs finis peccandi, quàm spirandi. Ne tunc priùs desine animam peccando lādere, dum tibi erit desinendum vivere. Si fœtes ut Lazarus, peccatis insepultus, pulsas nunc ad tuum in quo jaces, & sordet & po